CVRA huius est potare ifirmuz cũ rebus tẽperate fridis ⁊ abstersiuis: ⁊ his q̃ hñt ꝓuocare vrinam ⁊ sudorẽ: sicut sunt ista. ℞. semina melonis ⁊ cucumeris: ⁊ florũ camonille. añ. auꝛ̃. x. seminis

D lini: ⁊ fenugreci: ⁊ orobi. añ. auꝛ̃. iij. squinãti: sparagi: spice nardi: masticis: ⁊ semis feniculi. añ. auꝛ̃. v. cõquassent̃ q̃ sunt cõquassanda ⁊ ponant̃ in duabꝰ lib. aq̃ dulcis: et buliãt vsq; ad ꝯsumptionẽ medietatis ⁊ colent̃: ⁊ in hac colatura ponantur lib. ij. zucchari: ⁊ lib. ij. mellis: ⁊ lib. j. aceti: ⁊ bulliãt iterũ sil'r vsq; ad spissitudinez syrupi. ⁊ de isto dent̃ ifirmo oĩ mane. ℥. ij. cũ. vj. ℥. aq̃. ⁊ ciba eũ pullis ꝑuis decoctis in agresto vel cuz aceto. ¶ S̄ꝫ febris illa q̃ fit ex chol'a prassina vel eruginosa est frauduletã ⁊ deceptibilis multũ. ⁊ eiꝰ accñtia sũt difficillima ⁊ pniciosiora atq; fraudulẽtiora valde accñtibꝰ ꝑdictis q̃ fiũt in illa: q̃ fit ex chol'a vitellina: ⁊ ꝑ maiori pte nõ euadũt ifirmi ab ipsis q̄n moriant̃: ⁊ q euadũt liberant̃ cũ difficultate: ⁊ post lõgũ tp̃s. Et cũ iuadit poxismꝰ huiꝰ febris ãgustiat̃ patiẽs ml'tũ: ⁊ h̄ꝫ iquietudinẽ magnã cũ siti valida atq; forti: ⁊ h̄ꝫ alienatiões varias atq; magnas: ⁊ iactat se p lectũ huc ⁊ illuc: cũ istãtia vigiliaꝝ: ⁊ pulsus patiẽtis i febre ẽ durꝰ pũꝰ atq; diuersus: ⁊ ꝑ maiori pte finis huiꝰ ẽ malꝰ: ⁊ in minori parte liberant̃: ⁊ qui euadunt cũ difficultate

Intẽdit cũ vrã eruginosẽ ⁊ prassine.

E euadunt ⁊ post longũ tp̃s. Et accñtia q̃ supueniũt in hac febre sunt pessima ⁊ frauduletã: atq; deceptoria: q2 vrina taliũ est ptinens ad viriditatẽ vel nigredinẽ: ⁊ hipostasis etiã eius est talis: ⁊ cũ pẽdet hipostasis talis in medio: morit̃ patiẽs in breui: ⁊ quãdo est in fundo adhuc citius. Q2 si in die cretica incipiat apparere vrina nigra absq; hipostasi: est signum fortitudinis ṽtutis expulsiue: q̃re bonũ ẽ: ⁊ signũ salutis. S̄ꝫ hipostasis nigra est mala: q2 sig̃at lassitudinẽ ṽtutis in digerẽdo hunc hũorẽ: eo q̄ qñ nã est fortis ⁊ boni esse: ꝯuertit hipostasiz ad albedinem: ⁊ cũ deficit nã: color hipostasis fit niger ⁊ morit̃ patiens velociter: si fuerit dicta hypostasis in fundo vasis: ⁊ si fuerit pendens in medio tardat̃ mors. Et est elongatio necis ꝭm elongationem ipsius hipostasis a fundo.

Elongatio mõtis ẽ s̄ꝫ elongationẽ male hipostasis a fundo. idez 20°. c. c. p̃. fo. 408. col. prima. Oppo. fo. 401. col. 3. ⁊ 4. certa sig̃atio h̄ꝫ per nephresim et hipostasiz: p nebulaz ṽo nulle. ⁊ fo. 403. co. 4. ⁊ ħ ego vidi veriꝰ. vide. 4°. colli. 24.

¶ De febribus compositis. Cap. 8m.

SCIAS q̄ diuersitas febriũ cõpositarum est ꝭm diuersitatẽ humoꝝ qui adinuicẽ cõponunt̃: ⁊ accñtia etiã ipsarũ diuersificant̃ ꝭm varietatẽ dictaruz cõmixtionũ: ⁊ medicus qui perfecte cognoscit simplices: ex ipsis sciet ⁊ cognoscet compositas.

¶ De signis febris tertiane. Cap. 9m.

FEBRIS AVTEM tertiane signa sunt: calor estuosus ⁊ fortis ⁊ sitis intensa cum instantia vigiliarum: ⁊ vigilationes: q̃ cum est intra vasa: est continua ⁊ absq; rigore. Sed cũ est extra vasa: fit cuz forti rigore. ⁊ hoc ideo q̄a chol'a ſpergitur exterius ad mẽbra sensibilia: ⁊ mordicat ea: ⁊ accidit ei sicut illi cui spergit̃ subito aq̃ cal'a sup eã q ꝯhĩt ⁊ patitur rigorez: ⁊ sicut accidit vulnerato qñ pcutit̃ sup idez vulnꝰ: ⁊ paroxismi istius sunt breues ⁊ inuadunt de tertio in tertium.

¶ De signis febris sanguinee. Cap. 10m.

MODVS VERO sanguinee febris est: quia continue affligit: ⁊ patitur sitim ⁊ vigilias: et habet perturbationez mentis. Sed vapor qui procedit ab hac febre non est intantuz mordax sicut ille qui exit a tertiana.

¶ De signis febris quotidiane. Cap. 11m.

G

SIGNA AVTEM quotidiane sunt: q2 ẽ absq; rigore: sed h̄ꝫ frigus ⁊ spãliter extrema infrigidant̃ valde: ⁊ h̄ꝫ alices ⁊ oscitationes: ⁊ lachrimant̃ oculi eoꝝ: ⁊ interdũ patient̃ sincopim ꝑpter reuocationem ⁊ constrictionẽ caloris nãlis ad interiora corporis. Et paroxismi huius sunt longiores predictis febribus: ⁊ corrumpitur seu destruitur appetitus stomachi eorum: ⁊ sunt absq; forti siti: ⁊ pulsus non est durus neq; multũ diuersus vel variabilis: neq; tante velocitatis sicut pulsus cholerice: ⁊ vrina eorum est spissa: ⁊ non depuratur perfecte inter vnum paroxismum et alium.

¶ De signis febris quartane. Cap. 12m.

SIGNA AVTEM quartane sunt hec. s. frigus magnũ cũ orripilatione: ⁊ vr̃ patiẽti q̄ grãdo cadat sup eum vndiq;: ⁊ paroxismi istius sunt longiores q̃ꝫ quotidiane: sed depurantur pfecte magis q̃ꝫ in quotidiana: ⁊ oẽs isti humores diuersificãtur ⁊ variant̃ ꝭm diuersitatẽ suarũ specierũ: eo q̄a plures sunt spẽs cholere: ⁊ plures sil'r sunt spẽs flegmatis ⁊ mel'ie ẽt ⁊ sanguinis. Et nõ rememoratus sum ħ nisi signa simpliciũ febriũ in q̄bus nulla est admixtio alterius humoris: q̃ꝫuis vix reperiant̃ oĩo simplices atq; pure sine aliq̃ admixtiõe in rei ṽitate: s̄ꝫ intell'u solo apprehẽdunt̃. Cũ aũt pfecte cognoueris simplices febres ⁊ signa earũ: ex ipsis habebis notitiã cõpositarũ ⁊ suoꝝ accñtiũ. Et iaz superiꝰ cõmemoraui ⁊ sufficiẽter declaraui curã vniuscuiusq; humoris. Cũ aũt videbis febrẽ cõpositã ex duobꝰ hũoribꝰ: cõpone medicinã ꝭm illã cõmixtionẽ: agẽdo plus ꝯ humorẽ ꝑdominãtẽ. Et cũ sic feceris hẽbis ꝯsuetudinẽ idez: ⁊ erit tibi leue curare has febres ⁊ egritudines.

H

I ¶ De febre ethica ⁊ signis ⁊ cura eius. Cap. 13m.

ET EST adhuc alia spēs q̄ dr̄ ethica. ⁊ hec pro maiori parte nō accidit nisi post alias febres cronicas q̄ debilitant corpa ⁊ exiccant humiditates: ⁊ inde corpus acquirit siccitatē ⁊ caliditatē: ⁊ ista febris ꝓprie fit in radicalibus mēbris: ⁊ ꝑ maiori parte fit post effimerā: ⁊ hoc qñ corpus p̄paratū est ipsam recipere ⁊ maxie cor. Et hec febris ꝑmanet: ⁊ generatꝰ in radicalibus mēbris ꝓpter siccitatē eoꝝ: sicut ignis permanet ⁊ reseruatꝰ in rebus siccis multum: quoniā videmus ꝙ lapis calcis qñ tāgitꝰ sentitꝰ frigidus: ⁊ cū tangitꝰ ab aqua incenditur: ⁊ ardescit ardore valido atq3 forti: ita ꝙ manifestissime percipitur ⁊ sentitꝰ. Et sic est de illo qui patitꝰ hanc febrē: q2 cū tangitꝰ corpus eius sentitꝰ esse calidū nō forti calore: ⁊ cū cibatꝰ: siue illa cibaria sint calida seu frida: post duas horas vel tres inflāmatur corpus eius totū: ⁊ anhelitus eius fit frequēs ⁊ magnus: et pulsus eoꝝ est durus ⁊ tensus: ⁊ remanet in hac dispositione vsq3 ad cōplementū tertie digōnis: ⁊ postea paulatine diminuitꝰ dicta iflāmatio atq3 calor. Et hec febris in p̄nº sui leuis est ad curādū.

Cā q̄re ethicꝰ pꝰ cibū iflāmare ⁊ est rō cōis medicorum cui Auer. inferiꝰ ꝯdicit.

K

Cura. ¶ Et cura eius est ponere ifirmū in balneo dulcis aq̄ tepide pluries in die. Et da ei quolib3 mane in diluculo ð lacte capre recēter mulcto: ⁊ sit capra ꝑua q̄ generet multū lac: ⁊ moretꝰ capra ꝓpe lectū patiētis: ita vt incōtinēti post mulctionē ipsu3 recipiat ne corrūpatꝰ ab aere: ⁊ mala inde fiat digō. Et istud fieri d3 tā in calido aere q̄3 in frido: eo ꝙ lac velociter corrūpitꝰ ⁊ alteratꝰ: ⁊ cū est corruptu3 nō facit laudabile nutrimentū. Et incipiat bibere de isto ab. ℥. j. ⁊ gradati3 ascēdat vsq3 ad lib. 5. q2 si iciperes dare q̄3titatē magna3 ⁊ p̄nº coagularetꝰ i stō: ⁊ ide mala ⁊ corrupta fieret digō. ⁊ qð h̄ h3 remouere est: vt ponatꝰ aliqd mellis dispumati in fundo vasis: ⁊ suꝑ illud mungatꝰ lac: ⁊ misceatꝰ sil'r ⁊ ꝓpinetꝰ infirmo fm mēsurā ⁊ ordinē suꝑdictū: ⁊ post potū

L

lactis nō comedat aliqd oino donec digeratꝰ. Facta aūt digōne si vis iterū dare sibi de lacte ad comedēdū da: ⁊ si nō est assuetꝰ ciba eū pane frumēti bñ fermētati: ⁊ carnibꝰ assuetis: tñ oi mane da ei lac fm ordinē dcm̄: ⁊ carnes eius sint galline elixe ⁊ p̄parate in tasphea. Et omni hora qñ stōchus est vacuus a cibis pone eū in tina aque dulcis tepide: ⁊ post exitū cibabis eū: ⁊ sic remouebitꝰ febris cū adiutorio Dei. Et scias ꝙ ethica h3 tres gradus. Primus est facilis curationis: eo ꝙ nondū finita est humiditas in radicalibus membris. Gradus autem scōs est quādo calor profundatus est in humiditate rorida: que imbibita est in radicalibus membris: ⁊ hoc etiam bene curatꝰ: si perfecte regitꝰ. Et gradus tertius est: quādo calor ꝓfundatꝰ est in ipsis radicalibꝰ mēbris. ⁊ hoc postq̄3 humiditas eoꝝ ex toto est cōsumpta atq3 finita: ⁊ hoc ex

M

toto est ipol'e ad curandum. Sciēdo sil'r ꝙ qlib3 ex istis gradibꝰ h3 alios ḡdus ita ꝙ aliq sunt q citissime curantꝰ: ⁊ qbusdā eoꝝ ꝓlongatꝰ sanitas plus vel minus: ⁊ sic etiā aliq cito moriuntꝰ: ⁊ qbusdā eoꝝ mors dilatatꝰ ⁊ ꝓlōgatꝰ. Testiculi aūt galloꝝ q ipinguati sunt ex lacte sunt optimi in hac passiōe: ⁊ ēt qui nō sunt ipinguati ex ipso sunt satis boni. ¶ Pōt aūt eē ꝙ hec febris ethica ꝯiungatꝰ alteri febri: cuiꝰ cognitio est difficilis valde nisi illi q assuetus est valde ⁊ lōgo tp̄e experimētatus: q2 pol'e est ꝙ ethica ꝯiungatꝰ febribꝰ chol'icis ⁊ flāticis ⁊ sanguineis: ⁊ ēt mel'icis. Et siqs q̄sierit dicēs: qūo hoc eē p̄t: ꝙ ethica cū sit cal'a ⁊ sicca iūgatꝰ febribus sanguineis ⁊ flāticis q̄ sunt humide: Rñ. ꝙ ex mēbris q̄dā sunt sicce cōpl'onis: ⁊ q̄dā hūide: ⁊ aliq̄ frida ⁊ aliq̄ cal'a: ⁊ ēt in vno singulari mēbro q̄3uis sit calide ⁊ sicce cōpl'onis ē pol'e ꝙ in eodē cōmoretꝰ hūor fridꝰ ⁊ hūidꝰ: sic̄ appet: ⁊ manifeste repitꝰ i stō ⁊ i vulua: q2 cū sint i aliqbꝰ cal'e ⁊ sicce cōpl'onis coadunatꝰ i ipsis fl'a: qð ē fridū ⁊ hūidū: ⁊ p̄t sil'r eē ecōtrario

Idē 19ª parti. a rabi moysi ifine De compōne ethice cū putrida

.s. ꝙ aliq̄ mēbra sint fride ⁊ hūide cōpl'onis: ⁊ i ipsis reperiatꝰ chol'a q̄ ē cal'e ⁊ sicce cōpl'onis. ¶ Et ex febribꝰ sic̄ dixi q̄dā sūt q̄ fiūt in spiritibꝰ q̄ dñr effimere: ⁊ q̄dā putride: q̄rū spēs sūt q̄tuor. .s. ꝙ aliq̄ fiūt ex chol'a: ⁊ aliq̄ ex fl'ate: q̄dā ex sanguie: ⁊ alie ex mel'ia. ¶ Et cōponuntꝰ ēt he febres iterdū adinuicē diuersis cōpōnibꝰ. vz. ꝙ chol'ica p̄t cōponi cū sanguinea ⁊ cū melica: ⁊ aliqñ cū flātica. ⁊ ē pol'e ꝙ cōpō fiat ex vno eode3 hūore. .s. ꝙ chol'a fiat ⁊ sit putrefacta itra venas ⁊ ex̄: ⁊ sic erit ꝯtinua ⁊ iterpolata ex eodē hūore. ⁊ p̄t eē ꝙ chol'a sit putrefacta itra venas ⁊ fl'a ex̄ vl' ecōtrario. ⁊ pol'e ē ꝙ in oibꝰ istis cōpōnibꝰ paroxismi iūgantꝰ sil': vel icipiāt sil': q̄re accñtia sunt ꝯfusa ⁊ mista adinuicē: vñ sūt difficilis cognis valde: ⁊ nō p̄t hōi ista cognitio absq3 studio ⁊ labore vehementi cū magna p̄uisiōe: q2 ḡue ē ⁊ difficilis res valde cognoscē cōponē iterpolate cū iterpolata: ⁊ cōpōnē ꝯtinue cū iterpolata: ⁊ ēt qñ sunt ex diuersis hūoribꝰ ⁊ cōponitꝰ iterpolata cū iterpolata: vel iterpolata cū ꝯtinua: ⁊ ꝑꝑ h̄ ad cog̃scendū ista idigemꝰ studio magno cū p̄uisiōe ⁊ sollicitudie vehemēti. ⁊ hac de cā nō pñt ꝑfecte scribi in libro: ⁊ ē pol'e ēt vt cōponantꝰ due febres ex vno hūore: ita ꝙ iterpolata erit ml'te putredis ex̄ vasa: ⁊ ꝯtinua pauce putredis itra vasa. ⁊ aliqñ repitꝰ ꝙ ambe sūt magne valde: vl' ecōtrario. .s. ꝙ ambe sūt ꝑue ml'tū: ⁊ cōmiscentꝰ ꝑoxismi adinuicē ita ꝙ vnꝰ subintrat alteri: ⁊ cōmiscentꝰ sil'r accñtia: et erūt he febres: aut oēs magne vl' oēs ꝑue: vel aliq̄ magne ⁊ alie ꝑue. Et cū dico magnā vl' paruā: itellige ꝑ magnā ml'tā quātitatē putredis: ⁊ ꝑ ꝑuā modicā quātitatē eiusdē. Et ē pol'e ꝙ chol'a q̄ ē mā febris sit grosse sub̄e: ⁊ flegma subtilis sub̄e: vl' ꝙ mel'ia sit sbtilis sub̄e ⁊ sanguis grosse. Ergo ꝯsiderādi sunt paroxismi ⁊ eoꝝ cursus: ⁊ ꝯsidera iterū qūo cōponuntꝰ iterpolate cū ꝯtinuis vniꝰ spēi vel diuersarū spērū: ⁊ qūo cōponuntꝰ magne cū ꝑuis: vel ecōtrario iterpolate ⁊ ꝯtinue: ⁊ cogita sil'r ꝙ vna febris p̄t cōponi cū duabꝰ vl' cū pluribꝰ. ¶ Et est pol'e iterū ꝙ aliqs humor putrefit ex̄ vasa: ⁊ cum hoc hēbit pleuresi3 ad ꝑipleumoniā: aut ap̄a in diaphragmate q̄re ꝑoxismi adinuicē cōponuntꝰ: ⁊ vnꝰ alteri subintrat: ⁊ ꝑꝑ h̄ cog̃scē ista difficile est valde: nisi illis q ml'tū assueti sunt in his. S3 illi q nō sunt assueti ⁊ ꝑ longū tp̄s approbati nūq̄3 ad istā cog̃ne3 poterūt ꝑuenire. Qua de cā medici ml'tū reperiuntꝰ errare in his. Ergo medicꝰ p̄ studere d3 diligenter in cog̃scēdo febres simplices. Et postea attēdere d3 sollicite si vna ex cōpōnibꝰ ē cū aliq̄ ipsarū febriū vl' plures ex cōpōnibꝰ. Q2 si sic studiose ⁊ attēte studuerit leuitꝰ ad cog̃ne3 dcāꝝ cōpōnū poterit ꝑuenire: ⁊ quāto febris fuerit simplicior tāto dies idicatiua ⁊ cretica erit faciliorᵢs cog̃nis: ⁊ q̄3to fuerit magis mista: tāto dies idicatiui ⁊ cretici erūt magis ꝯfusi ⁊ difficilioris notiōis. Et ego itēdo nūc rememorare ð diebꝰ idicatiuis ⁊ creticis postq̄3 dixero hūc ꝓmonē suꝑ febres. ¶ Esto certus ꝙ ml'te febres fiūt ꝑꝑ ðbilitatē v̄tutꝭ ⁊ stultitiā medici. ⁊ h̄ qñ medici ꝯsentiūt eis comedere pl'a cibaria q̄3 vtꝰ eoꝝ sufficiēs fit coq̄re ⁊ digerē. ⁊ hac de cā fiūt febres: q̄re nec̄e est vt ꝓpinentꝰ eis cibaria ad pōdꝰ donec febris ex toto remoueatꝰ: nec post recessu3 febris icōtinēti debes addere in cibis: s3 expectare debes vsq3quo trāseat. v. dies: ⁊ tunc addere debes pōdꝰ aur̄. ð cibis. ⁊ sic ḡdati3 ascēdere debes donec fuerit recuṗatꝰ: ⁊ si sic ñ feceris recidiuabit egritudo. Cognoscēdo ꝙ oēs spēs carniū febricitātibus citissime cōuertuntꝰ ad putredinē. ¶ Et est ipol'e ꝙ post crisi3 aliqd putredinis ñ remaneat in aliqua ꝑte aliciꝰ mēbri: q̄ pōt vigorari ⁊ augeri ex regimie malo vel inconueniēti. Et si regitꝰ sicut d3 ordiate: nā ꝯfortabitꝰ ⁊ vigorabitꝰ donec ipsam consumet: ⁊ ꝑfectissime expellet. Cōpletus est tractatus de febribus cum laude Dei: fm ꝙ mihi sufficiens esse videtur.

N De cōpō ne putr dap iui

O

P De cōp ne putr cū apa

Q Multe bres ve unt pp dici stu tiam. De reg ne cōu scentium

A ¶ Tractatus secūdus de crisi: ⁊ est cōtinēs capitula duo.
¶ De diebus creticis. Cap. pᵐ.

NVNC INCIPIO rememorari de diebus creticis: ⁊ dico ꝙ crisis est motus fortis virtutū corporis ad expellendū humorem q mā egritudinū existit cum adiutorio Dei. Et si hūor calidus ⁊ acutus fuerit: ⁊ regio silr calīa vel tēperata: ⁊ tps fuerit estiuū: ⁊ patiēs iuuenis extiterit: leuiter dictus humor recipiet digōnē in breui: sicut in quarto die: vel vsqȝ ad septimū: dūmodo error non affuerit. Et est impolē ꝙ añ diez creticū nō sit aliq̄ dies q̄ indicet ipm: in q̄ virtutes mouēt̄ fortiori motu solito: ⁊ apparebit hipostasis alba pendens in medio vasis: q̄ nō fuerat ante: q̄ si icipiet apparere in scda die egritudis: crisis fiet i q̄rta: ⁊ si i q̄rto: crisis erit in septio: ⁊ si in quinto: crisis fiet in nona die: ⁊ si in nona: expecta crisiȝ in .xj. Et si vndecima incipiat apparere: expecta crisim in q̄rtadecima: vel in decima ⁊ septia. ⁊ si in q̄rtadecia vl̄ in decima ⁊ septia: expecta crisim in vigesima vel in vigesimapria. Et si non apparuerit signa digōnis nisi in vigesima die: expecta crisim in .xxv. vel in .xxvij. Sciendo ꝙ post hos dies debilitant̄ v̄tutes corporis sup humorē faciētē egritudinē: intātū ꝙ possibile erit ꝙ nō expelletur egritudo p crisim: sed dissoluetur paulatine donec liberetur. Et si erit crisis fiet debilis ⁊ plōgabit̄ vsqȝ ad .xl. diez: ⁊ postq̄ȝ transierint .xl. dies visuȝ fuit Hippocrati ꝙ nō possit fieri crisis vsqȝ ad .lx. dies pp debilitatē v̄tutis. Et rememoratus fuit Hippocras ꝙ in oībus egritudinibꝰ cronicis crises non fiunt nisi in mensibus vel in annis.

B Idē 4ᵒ afo. t. 2ᵒ. vide 2ᵒ quarti trac. 2. c. 8. 7. c. 2.

¶ De signis ⁊ accidentibus ipsius crisis. Cap. 2ᵐ.

C NVNC AVTEM restat videre ⁊ rememorari accñtia q̄ veniūt ⁊ emergūt in diebus creticis. Et dico ꝙ crisis est pugna que accidit iter virtutes corporis ⁊ humorē q cā egritudinis existit: ⁊ febris q̄ fit in die indicatiua est fortior q̄ȝ que fit in alijs diebus. Et infirmꝰ deterius vr̄ se hr̄e: qa in hac hora patitur calorē maximū: ⁊ alienat̄: ⁊ hȝ pturbationeȝ mētis: ⁊ imaginatur videre q̄ non videt: qm̄ querit paleas vel festucas colligere de pariete: vel ex alijs locis: ⁊ forsan añ hoc euenit ei singultus: ⁊ dolor colli ⁊ capitis ⁊ pruritus in naribꝰ: ⁊ cū videris in die idicatiua signa sanitatis que p̄dixi. vȝ. hipostasiȝ albā ⁊ eq̄leȝ pēdentē in medio: vel subāȝ vrine spissiorē solito cū hipostasi tendēte ad rubedinē in fundo: sigñat euasionē ⁊ liberationē cū crisi in sequēti die cretica q̄ succedit oino. Et est polē ꝙ i die indicatiua apparebūt signa attestātia sup euōnē māe egritudis: cū liberatiōe patiētis. Sic si in die idicatiua exibit vna gutta sanguis de naribꝰ: aut plēs cū pruritu nariū ⁊ fricatiōe pnosticabis fluxū sanguis ex naribꝰ in p̄ma die

D cretica q̄ succedit euenire: ⁊ h̄ nō accidit nisi post grauia accñtia que p̄cesserūt cū forti febre ⁊ calore. Et si cū h̄ in die idicatiua signa laudabilia visa fuerint q̄ diximus: euasionē ifirmi ex illo fluxu denūciabis. Si v̄o ifirmus transierit iuuētutē raro creticat̄ p fluxū sanguis nariū. Et si i die idicatiua fluxꝰ vētris apparuerit: expecta salutē in sequēti die cretica q̄ succedit p eūdē. ⁊ si i die idicatiua patiēs sudabit aliquātulum cū hipostasi laudabili ⁊ alijs signis digōnis. euadet ifirmꝰ i sequēti die cretico cū sudore forti vl̄ cū fluxu vētris: aut cū ābobꝰ silr̄. Et si in dcā die idicatiua signa vomitꝰ appuerint: sic ē tremor labij iferioris cū p̄dictis signis bonis: in sequēti die cretica salutē patiēti cū vomitu denūciabis. Excepto ꝙ humores non sint ibibiti in suba stōi. Si aūt in die indicatiua cuȝ signis laudabilibꝰ p̄dictis patiens patiet̄ dolorē post aurē: vl̄ in aliq̄ alia pte pnosticabis crisim futurā p apa in eadē parte. Et si dictꝰ dolor fuerit in locis vilibꝰ corpis relinque eū oino nāe. Et si fuerit in nobilioribus mēbris cōforta mēbrū cū his que hn̄t ipm confortare: sicut cū oleo

E rosaceo ⁊ suis silībus: ꝙ si timeres cōuersionē apatis ad interiores ptes. pone desup maturātia donec locus rubeat ⁊ igrossetur ⁊ ad saniē cōuertatur. Cognoscendo ꝙ qlibet motus q fit a nā: ⁊ q̄libet pugna q̄ emergit inter morbum ⁊ nāȝ: vel ecōtrario qñ fit in p̄dictis diebꝰ cū signis digōnis laudabilis determiatis denūciabis ꝙ crisis erit laudabilis ⁊ pfecta. Et semp qñ in die idicatiua signa bona digōnis ⁊ laudabilia apparuerit pnostica salutē in sequēti die cretica q̄ succedit. Si v̄o p̄dcā pugna vl̄ signa in alijs diebꝰ appuerint: q nō sunt indicatiui vel cretici: sic est sextus dies vel .viij. vel .x. vel .xij. aut .xviij. vel .xxij. vl̄ .xxiiij. aut .xxviij. in oībꝰ istis pnostica crisim malā futurā. Et si v̄tus patientis debilis existit moriet̄: ⁊ si ē fortis erit impfecta ⁊ cū recidiuatione. ⁊ finis ad vltimū erit sicut placuerit altissimo creatori. ⁊ in oībꝰ p̄dictis diebus paribꝰ non fit crisis pfecta. ¶ Et iam nobiles ⁊ sapientes viri repti sunt dicere sup his diebus creticis: ꝙ non fiūt nisi cā stellarū: ⁊ maxime lune: ⁊ satis sufficit medicis credē ꝙ ita sit postq̄ȝ didicerūt hoc a tātis ⁊ talibꝰ sapiētibꝰ q hoc pbauerūt tpe lōgo. Et expimētū ēt nos sp certificat sic eē. q̄ secure pn̄t dicere medici. Ista dies cretica ē bona: ⁊ ista non est bona: ⁊ silr̄ de indicatiuis. Si āt febris nō fuerit ex simplici cholēa sed erit composita: aut patiens trāsierit iuuētutē: vel fuerit hiems ⁊ tps fridum tardabit̄ crisis in talibꝰ. Et pro maiori pte si febris extiterit ex cholēa non pura: non recedet ad minus nisi vsqȝ ad .xx. diē. Et febris sanguis pro maiori pte nō separatur nisi post multā euationē sanguis nariū: vel ex flōmia ordinata a medico fieri vsqȝ ad sincopim aut moriet̄ ifirmꝰ. Et est nec̄e i hac febre sanguis ⁊ in cholīca vt p̄cipias infirmo bibere aquā dulcē infridatā super niuē vel in puteo: aut aquā ordei tali mō ifridatā. Si patiēs fuerit iuuenis ⁊ tps calidū: ⁊ secure ciba eū cucurbitꝫ ⁊ ad potādū ēt dabis ei de aqua ipsarū. Et he due spēs febriū p maiori parte in breui recedūt. Et h̄ cū forti rigore: qñ in recessu eaꝝ humor spargit̄ ad exteriora sup sensibilia mēbra. ¶ Sciēdo ꝙ non pulsatiles vene nō sunt sensibiles. Et si qs argueret dicēs. Iam vr̄ ꝙ .G. sentiat ꝙ sint sensibiles qñ dicit ꝙ orificia venaꝝ aperiunt̄ pp mordicationē sanguinis. Quibꝰ dico ꝙ hec qō ē friuola satis atqȝ vana: qa cū dico sensibiles itelligo de sensibilitate vitali q̄ pcedit a neruis ad musculos. Uene v̄o nō pulsatiles ⁊ alia mēbra corpis q̄ dicunt̄ caret̄ sensu: hn̄t quādā sensibilitatē nālē sic videmꝰ hr̄e vegetabilia q̄ sentiūt solē cū aduēit sup ea: ⁊ mouent̄ v̄sus eū. Et videmꝰ ēt aliquos flores q aperiunt̄ de die: ⁊ claudunt̄ de nocte. ⁊ est iste tñ sensus vnus nālis. ¶ In febre v̄o flegmatica nō apparēt signa digōnis: nec dies indicatiua vel cretica: nisi post .xx. dies vel ppe: fm ꝙ erit nā flegmatis. Et pōt silr̄ esse talis nature flegma ꝙ nō apparebunt signa digōnis etiā post dictū tps. ¶ In febre aūt q̄rtana nō eueniūt signa digōnis nisi in mēsibus: ⁊ dies indicatiui in ea nō sunt manifesti. ⁊ si apparēt nō pcipiunt̄ nisi in mēsibꝰ. s. de mēse in mēseȝ. Et pro maiori parte he febres nō recedunt p euationeȝ manifestā. sed per dissolōnē ⁊ ꝯsumptionē paulatine cōsumunt̄ ⁊ recedūt. Quare nec̄e ē medico vt ppinet istis ea que habeāt humectare ⁊ restaurare. Si aūt signa digestionis apparuerint manifeste: nō tardes ipm euare: ⁊ ēt si a natura euacuaret̄: nō cessabis p tāto ipsuȝ euare ab humore peccante. Et caue q̄ȝtū potes ne des in p̄nᵒ huiꝰ febris theriacā magnā. Qm̄ si feceris reduplicabit̄ febris: vel fiet ꝯtinua. Si āt pseuerauerit febris de vna estate ad aliā: tunc dare poteris: sed in modica quantitate scȝ a quarta pte aurei: vsqȝ ad aureū .s. cū aqua calīa.

Uide 4ᵒ colliget. 40. ⁊ 10. theorice hali c. 8.

F Idē 3ᵒ colliget. c. 9. ⁊ 19. colli. c. vnico. sub rubri. p.

G

Uene non pulsatiles nō sūt sensibiles nisi naturali sē su: vñ duplex inuenit̄ sensus ⁊ est opinio Plato. quā Albertus defendit.

H De cura quartane

I Et queadmodũ cõuenit in hac egritudie vt sis studiosus
in digerẽdo ⁊ subtiliãdo humorẽ qui est causa huius fe-
bris: ita silr cõuenit vt sis studiosus in humectando ipm.
Historia d curatione quartane. ¶ Et pr̃ meus: cuiꝰ aia in manibꝰ Dei regescat: curauit
quedã ex q̃rtana tali mõ. s. ꝙ ꝓcepit infirmo vt q̃libꝫ die
comedere deberet tria nuclea ꝑsicoꝝ mũdata cũ aqua
calida vsqꝫ ad. x. dies: ⁊ postea purgauit eũ sufficiẽter cũ
medicamine laxatiuo adducente illũ humorẽ: ⁊ sic libe-
ratus fuit ꝑfecte: ita ꝙ medici q̃ erant in tp̃e illo mirati
fuerũt valde. Et nobilis senex Auẽmutharaf q̃siuit a pa
tre meo: q̃re hoc fecerit: ⁊ ipe sibi reddidit rationẽ ꝙ ne
cessariũ erat in illo sic facere. Qui gauisus fuit valde: et
multũ placuit sibi. Et illa disputatio reperit̃ apud mul-
tos istius regionis. ¶ Et scias ꝙ ois febris que simplex
est: satis leuis curationis existit. Sed illa q̃ est cõposita
difficilioris curatiõis est valde: ⁊ hoc s̃m cõpositionẽ hu
moꝝ adinuicẽ. s. ꝙ quãto maioris cõpõnis extiterit: intm̃
K erit difficilioris cognitionis ⁊ grauioris curationis: ⁊ iaꝫ
rememoratus fui hoc in febribꝰ cõpositis. Et ẽ poẽ fe-
brẽ cõponi ex tã diuersis humoribꝰ: ⁊ intm̃ ꝙ intellectꝰ
humanus nõ poterit ad ꝑfectã veritatẽ ꝑuenire. Quare
nec̃e est vt medicus sit studiosus ⁊ attentus suo posse in
cognoscẽdo cõpõnẽ q̃ꝫto meliꝰ poterit. Et curet euꝫ s̃m
ꝙ melius sibi esse videbit̃. Cõfidẽs in Deũ ꝙ rectificabit
eũ tramite recto ⁊ ordinato: ⁊ intm̃ quãtũ medicus cer-
tius ⁊ meliꝰ cognoscit has cõpõnes intm̃ ꝑfectior alijs et
melior eẽ reputat̃. Qr̃ si egritudo ⁊ cõpõ cognita fuerit
a medico ꝑfecte: vix aut nũq̃ꝫ morieẗ ĩfirmus ex ipsa: et
eius ꝯditiones semꝑ de bono in melius rectificabunt̃: ⁊
procedẽt ei: ⁊ dies ĩdicatiui atqꝫ cretici erũt laudabiles
atqꝫ ordinati: ⁊ rõnabilr̃ ꝓcedẽtes intm̃ ꝙ q̃si oẽs mira-
L bunt̃. O q̃ꝫ vile q̃d medico eẽ reputat̃: qñ timuerit forti
tudinẽ febris: vel grauia accidẽtia q̃ emergũt in ipsa tẽ-
pore appropinquatiõis crisis: postq̃ꝫ cognouerit ꝙ dies
ĩdicatiua q̃ ꝓcesserit: fuerit laudabilis: ⁊ vrina visa fue-
rit cũ hipostasi laudabili: ⁊ pulsus attestauerit sup̃ forti-
tudinẽ v̾tutis. Non dꝫ ergo medicus istis visis timere: si
patiens sincopizauerit ex motu ⁊ fortitudine belli: ⁊ ex
ascẽsu vapoꝝ mordicãtiũ orificiũ stomachi: qd̃ q̃dã medi
ci cor noiare ꝯsueuerũt. Ego vo euꝫ cognouero pulsum
esse bonũ ⁊ laudabilẽ significãtẽ v̾tutis fortitudinẽ: ⁊ hi-
postasis fuerit alba ꝯtinua ⁊ eq̃lis residẽs in fundo: non
dubito tũc de fortitudie egritudinis: nec de sincopi sup̃-
ueniẽte ex mordicatiõe orificij stõchi: nec desisto facere
Caue ne ꝓuoces vomitũ stõacho ex acutis humoribꝰ repleto q̃ sunt faciẽda circa egritudinẽ: queãdmoduꝫ feci circa
egritudinẽ Zeri filij Hali sicut alibi recitaui. ¶ Cũ autẽ
cognoueris ꝙ accidẽtia fortia q̃ emergũt ꝓcedũt ab hu
more acuto: ⁊ calido existẽte in stõcho: sicut sincopis et
vomitus: caue ne adiuues eũ in ꝓuocatiõe vomitus: qm̃
si feceris ꝑduces eũ ad periculũ mortis ob debilitatẽ v̾-
tutis. Sꝫ adiuua ipm̃ ꝑ viã accidẽtis cõfortãdo stõchũ: ⁊
M hoc cũ emplo facto ex succo cydonioꝝ: ⁊ paꝝ masticis: ⁊
cimaꝝ vitis vl̃ silibꝰ. Qr̃ si calor ⁊ iflamatio magna fue-
rit: adde ꝓdcõ emplo aliq̃d de succo zabaru vel agreste:
qm̃ sic faciẽdo corrugabit̃ stõachus: ⁊ coadunabit̃ silr̃: et
ꝯfortabilr̃ talr̃ ꝙ expellet cõprimendo mãm retentã in
ipso: ꝑ vomitũ: vel ĩferius ꝑ secessuꝫ. Et si aliter opatus
fueris: vt multi faciũt. s. qui volũt iuuare naturã cũ mo-
uetur ad vomitũ dãdo ei decoctionẽ raffani: poẽ est ꝙ
iuuet̃ inde ⁊ alleuietur. Sꝫ hoc erit in minori parte. Et
posset ad suffocationẽ ⁊ sincopim: vel ad mortẽ ide ꝯue
nire: ⁊ de hoc q̃s nos poterit securare. ¶ Hucusqꝫ ꝯter
minaui ⁊ cõpleui tractatꝰ febriũ ⁊ cõpõnẽ earũ ꝑ viam
breuẽ ⁊ cõpendiosaꝫ gñalr̃ sicut mihi ꝓceptũ fuit: ⁊ ꝯter
minaui iterũ de crisi ⁊ de diebꝰ creticis: ⁊ de diuisionibꝰ
que accidunt inter ipsos. Nunc autẽ cum adiutorio Dei
incipiam rememorare de egritudinibꝰ que veniunt tem N
pore epidimiali: ⁊ de febribus eorum.

¶ Tractatꝰ. Tertiꝰ est d epidimia: ⁊ ꝯtinet capl̃a q̃tuor.

¶ De epidimia q̃ ꝓuenit ex corruptione aeris. Cap. pm̃.

ISTE AVTEM egritudines q̃ ꝓueniũt
ex corruptione aeris: rememorate sunt ab
Hippo. in lib. epidimiarũ: ⁊ dixit in illo libro
ꝙ in quadã ciuitate q̃ noiabat̃ cheruam
exuberauit pluuia in estate: ⁊ fuit illa estas
estuosa ⁊ calidissima valde cũ pluuia magna ꝑ totã esta
tem: ⁊ sup̃uenit postea hoibus incendiũ magnũ: ita ꝙ vi
debatur eis ꝙ essent ab igne adusti: ⁊ in pñº habebant
pruritũ magnũ: ita ꝙ scapellabant se tam fortiter: ꝙ ex
coriabant̃ ꝑ totũ. ⁊ hoc erat ꝑꝑ saniẽꝫ q̃ coadunabatur
sub cuti ⁊ m̃ltis hoibus ceciderũt crura ⁊ coxe ⁊ muscu-
li ⁊ ossa in magna quãtitate: q̃re ex hoc scire possumus
ꝙ deterior aer est calidus ⁊ humidus: ⁊ hoc iõ q: aptior
est ad recipiẽdũ corruptionẽ ⁊ putredinẽ ceteris cõple-
xionibꝰ aeris: ⁊ illi magis parati sunt recipe dictã corru-
ptionẽ q̃ sunt eiusdẽ cõplonis: ⁊ fuit tota illa estas absqꝫ
vẽto aliquo exiccatiuo: imo dicit expresse ꝙ in toto illo
O tp̃e nõ videbat̃ moueri aer vllo mõ: ⁊ ꝑꝑ friditatẽ ⁊ sic.
q̃ in vẽtis septẽtrionalibꝰ reperit̃ collaudant̃: ⁊ ecõtra-
rio meridiani vituperant̃ ꝑꝑ eoꝝ humiditatẽ ⁊ calidita-
tẽ. Et dixit in illo libro ꝙ febres q̃ tũc tp̃is veniebãt: nõ
erãt fortes neqꝫ violẽte: sꝫ erant lente ⁊ q̃ete intm̃ ꝙ q̃si
occulte esse reperiebant̃. Et esto certus ꝙ ille passiões
q̃ opposite sunt cõplõni hũane: ⁊ ꝓprie cõplõni vniuscu
iusqꝫ ille sunt q̃ pessime existũt: ⁊ ille q̃ sunt siles cõple-
xioni nõ sunt tãte maliciei sicut opposite. Et hoc mani-
festet̃ ex hoc ꝙ qñ aliq̃s fortiter fuerit ifridatus: ⁊ subi-
to ad ignem se valde voluerit calefacere: vel repẽte in
aquã calidaꝫ introiuerit: inde fortes dolores patiet̃. Et
P hoc nõ solũ medicis est notũ: verũ etiã vulgares optime
cognoscũt. Et hec febres deteriores sunt valde ceteris
febribus: ⁊ lõginquiores multũ a salute ⁊ liberatiõe: nec
crises in istis fiũt ordinate sicut in alijs ꝓcedũt: siue fue-
rint ex corruptione aeris: siue ex malitia ⁊ putrefactiõe
aq̃: seu ex corruptione ciboꝝ. Et quãto corruptio seu pu
trefactio ꝓdictoꝝ minor extiterit tãto ⁊ accñtia ꝓdictaꝝ
⁊ malitia febriũ leuiora esse reperiunt̃. Sciẽdo ꝓ certo
ꝙ a tp̃e Hippo. vsqꝫ nũc nõ fuit epidimia aliqua tã pessi
ma nec malitiosa sicut illa: nec in qua accñtia tam violẽ
ta nec malitiosa apparuerint sicut in illa. Sed bñ vidi-
mus pruritus validos: ⁊ scabies magnas: ⁊ variolas: et
morbillos: ⁊ putridas febres: ⁊ apãta ꝑniciosa: ex q̃bus
oibus iã curauimus: quoꝝ aliqui cũ labore maximo eua
serũt: ⁊ aliq̃ ad mortẽ terminauerũt. ¶ Et vidi iuuenem Historia
hñtẽ apãa perniciosuꝫ: ⁊ studui circa salutẽ ipsius: ⁊ icepi
ꝓ eũare eũ cũ flõmia: ⁊ posui postea sup̃ apãa cõfortãtia:
eo ꝙ nõ erat ex vilibꝰ mẽbris: demũ purgaui eũ ab hu-
moribꝰ malis q̃ peccabãt in eũ. Et ꝓpinaui ex medicinis
laudatis in epidimia sicut est bolũ armenũ ⁊ terra sigil-
Q lata: ⁊ interdũ dedi ei aliq̃d ex mitridato. Et sic visuꝫ fuit
ꝯferre ei cura: ⁊ dissolutũ fuit apãa. Et ꝓcepi ei vt abstine
ret a ꝯ̃ijs: ⁊ sic de bono in melius conualuit donec fuit
ꝑfecte liberatus. Et postea post tẽpus inuasit eũ squinã
tia ⁊ mortuus fuit cũ ea. Ex his aũt q̃ pluries: ⁊ ꝓ maiori
ꝑte vidi accidere in epidimia sunt febres putride: que
lente intm̃ esse vñr ꝙ vix ꝑcipiunt̃ nisi a medico: ⁊ mo-
riunt̃ subito cũ eis. Et scias ꝙ illi q̃ bñ ⁊ ordinate se cu-
stodiunt tp̃e epidimie: ⁊ q̃ hñt cautelaꝫ ⁊ ꝓuisionẽ cõue-
nientẽ: ⁊ hoc morando in mansionibꝰ siccis ⁊ frigidis: et
cibi ⁊ potus eoꝝ silr̃ eiusdẽ fuerint cõplexionis euadũt
Cura bene a ꝓdicto periculo ⁊ nocumẽto. ¶ Receptio con-
ueniens valde in epidimia. ℞. stercoris columbini sicci:
aloes:

Libro ... tio ... 405 ... so ciuit... idez vo... q̃rto ... get Au... ca. 14 ... fra. c

A aloes succotrini: agarici feminini polypody recẽtis: radicis lily celestis. añ. pondus auṝ. vnius thõmeni. auṝ. j. minus quarta: salis ⁊ ellebori nigri. añ. auṝ. 5. succi absinthy alcõdzarathal cã foliorũ collogntide. añ. octauã partez auṝ. j. Jncide colloquintidã minuti: ⁊ misce eã cũ tãtũdez amygdalarum dulciũ: ⁊ postea cõiũge ea cũ ꝑdictis medicinis puluerizatis: incorporãdo eas cũ butyro vaccino: ⁊ syrupo ⁊ sgnzabin: ⁊ dabis ei ad bibẽdũ cũ sero lactis pondus. v. auṝ. Et si non purgat̃ sufficienter: adde de isto auṝ. 5. cũ sero caprino: ⁊ rege eũ sicut in alys medicinis: ⁊ pro qualibet sella moretur duobus diebus a receptione ipsius. Et postea iterabis dando plus vel minus de isto medicamine: ꝭm tenorem virtutis ⁊ naturam patientis ꝭm ordinem medicine: ⁊ precipe ei vt ꝑponat in cameris ⁊ domibus suis aromatica frigida: sicut myrtha ⁊ rose ⁊ eorum similia: ⁊ suffumiget domum a longe cum alkitrã.

B Et fac rorare domum multoties cum forti aceto: obturando domum oĩno a parte meridiei: ⁊ aperiendo eaz a septẽtrione: qm̃ aperire vel tenere eam apertam ianuis vel fenestris a meridie: nocet valde: ⁊ morari in solario. s. in domibus altis: melius est valde q̃z in plano: ⁊ subtiliãdũ est regimen valde. s. cũ pane frumenti bene fermẽtato: ⁊ malaxato cum aqua ⁊ aceto: ⁊ comedat siclas seu bletas decoctas absq̃z aliqua specie: sed solum cũ aceto: ⁊ non comedat tempore illo carnes vllo modo. ¶ Cognoscẽdo qđ nõ corrumpit̃ aer solũmodo ex causis predictis: verũetiã ex putredine aeris: que fit a corporibus hominũ: qui mortui sunt in bello in magna quãtitate: qñ diu morantur in loco. Et corrũpitur etiaz quando aer in vno loco qescit absq̃z aliquo motu. Et corrumpitur sil'r aer quando aque cõgregantur in aliqua parte ciuitatis: ita ꝙ non mouentur oĩno: ⁊ tũc putrescũt ⁊ fetent: ⁊ cor-

C rumpitur aer inde. Et ab antiquis etiam consilium habemus: vt oĩo morã minime contrahere debeamus prope sepulturas corporũ mortuorum: ⁊ hoc propter vapores qui resoluunt̃ a corporibus ipsorum. Et sic iã diximus curam epidimiarũ que est cum frigidis ⁊ siccis: ⁊ cũ his etiã que habeant aperire: ⁊ abstergere: ⁊ trahere malos humores: sed anteq̃z fiat purgatio aliq̃ precipiat̃ vt fiat euacuatio v'lis: ⁊ hoc cũ flõmia: ⁊ subtiliando regimẽ quantum fieri põt: ⁊ vtẽdo frigidis: ⁊ abstinẽdo oĩno a superflua repletiõe. Et possibile erat ꝙ sic faciendo: multi forsitan q morirent̃ liberabuntur: hac de cã. Et ab aere sicco ⁊ calido in excessu fiunt etiã passiones: sic̃ obthalmie: ⁊ tussis multaruz specierũ: ⁊ asperitas gutturis: ⁊ sputuz sanguinis: ⁊ fluxus sanguinis hemorroydarum. Et he egritudines fiunt plus vel minus ꝭm excessum caliditatis ⁊ siccitatis ipsius maioris vel minoris. Ergo cõuenit vt rectifices aerez paulatine: abstinendo oĩno in tali tẽpore ab exhibitiõe acutarũ medicinarũ: ⁊ etiã in oĩ epidimia: qm̃ non laudãtur tales medicine in arte medicine. Sciẽdo qđ hec caliditas superflua q̃ fit in aere nõ orit̃ ꝑ maiori parte nisi ex defectu ⁊ absentia pluuiarum. Et tunc

D generantur predicte egritudines: ⁊ his similes plures numero. Sed non mortifere.

¶ De epidimia q̃ ꝓuenit ex aq̃ putrida ⁊ fetida. Cap. 2m.

AQVE VERO mortue que non mouentur: ⁊ replentur fecibus: ⁊ in se bulliunt: ⁊ putrescunt: ⁊ fetẽt: sunt cã corruptiõis aeris: ⁊ pestilẽtie: ⁊ epidimie. ⁊ faciunt oriri febres acutas: ⁊ apata mortifera: ⁊ adhuc peius faciunt: quia sunt causa destructionis epatis: ⁊ oppilationis suarum viarum: ⁊ procreant species hydropisis omnes ꝭm preparationem recipientis: ⁊ inducũt etiam oppil'onem in splene: ⁊ in renibus: ⁊ sunt cã gñationis lapidis in renibus: ⁊ vesica: ⁊ generaliter dico ꝙ hec epidimia que fit ex corruptione ⁊ putredine male aque: oĩb⁹ alys epidimys d̃terior existit. ¶ Est ẽt alia spẽs epidimie: q̃ subito iterficit: eo ꝙ qñ cordi euenit aliquid ex aere putrefacto ⁊ corrupto ꝙ sue cõpl'oni ⁊ nature obuiet a tota sua substãtia ⁊ natura: subito moritur. Et hoc ꝓpter nobilitatẽ ipsius cordis: cũ sit principiuz ⁊ finis vite vniuscuiusq̃z aĩalis. ¶ Et dicit Gal. ꝙ nõ morit̃ animal: donec cor cesset a motu. Et Pho magno Aristoteli videtur: ꝙ cor sit origo ⁊ principium omnium mẽbrorum ⁊ ceteris principalius. Sed Gal. dicit ꝙ cor in vnoquoq̃z aĩali est principiũ motus nãlis: localis: ⁊ cerebrũ motus localis voluntary. Sz in summa dico ꝙ cor in vita magnã hz necessitatẽ. Quia videmus ꝙ quando aliquis homo intrat in puteũ in quo aer aliquo modo nõ mouet̃: vel in aliquã grottã: syncopizat: ⁊ amittit sensum oĩno incõtinẽti. ⁊ si diu morat̃ ibidẽ morit̃ subito. Et hec res est manifesta ꝙ quando in epidimys hoĩes aliq morῑunt̃ subito: ꝙ illud est ex corruptione ⁊ malitia aeris: q̃z bene põt aliq̃s viuere aliquibus diebus absq̃z cibo ⁊ potu. sed si aufertur ei anhelitus: nõ poterit viuere vna hora. Et verum dixit ille qui dicit ꝙ cib⁹ ⁊ potus est nutrimẽtũ corpis. Et aer nutrimẽtũ spũs vitalis existit: eo ꝙ ipse attrahit fumositates a ꝓfundo cordis: ⁊ recens. s. aer subintrat per anhelitũ. Et sic intrãdo ⁊ exeũdo: purificat̃ a malis fumositatibus: ⁊ ꝓhibet cor a putredine. Et hec res ꝓcedit ab illo qui est summe ⁊ vltime sciẽtie. s. a Deo vero ⁊ benedicto: ⁊ ab aere q inspirat̃: qm̃ prouenit vsq̃z ad mirabilem panniculũ: quẽ deus sub cerebro creauit: ⁊ inde ꝓcedunt spiritus potentia ⁊ voluntate diuina.

E

F

¶ De squinantia ⁊ dislocatione spondilium colli euenien-
te ex quadam corruptione aeris. Cap. 3m.

ET EX quadã corruptiõe aeris põt euenire quedã spẽs squinãtie: q̃ dislocationẽ spõdiliuz colli hz ꝓcreare: sicut memoratus fuit Hippocras. Et hec est deterior spẽs q̃ possit inueniri: eo ꝙ ab ea aliquis nõ euadit: ⁊ accidit cũ acuta egritudine: ⁊ aliqñ fiunt cũ tali squinãtia scabies: ⁊ pruritus: ⁊ apata periculosa: q̃ accidẽtia, aliqua nõ possunt euenire absq̃z acuta egritudine. Et causa dicte squinãtie q̃ facit dislocare spondilia colli abinuicẽ: est humiditas mala: que ponit̃ ⁊ deriuat̃ seu figitur inter ipsa: ⁊ facit ea abinuicez separari ⁊ dislocari: ⁊ illud os qđ separatur cõprimit violẽter cãnaz pulmonis intm̃: ꝙ suffocationẽ iducit. Et dicit Hippocras qđ ille cui hec accidit passio nunq̃z liberat̃. Et si q̃s quesierit dicẽs que est causa quare spondilia colli dislocant̃: in tali epidimia potiusq̃z alia spondilia nuce: dico ꝙ spõdilia nuce cõprimunt̃ ex vtraq̃z parte a costis ⁊ a fortib⁹ ⁊ pluribus musculis: q̃ nõ ꝑmittũt ipsa dislocari vel separari. Colli aũt spõdilia minime habent talia defensoria: quare citius dislocant̃. De hac spẽ squinãtie pernitiose nunq̃z dixit Hippocras ꝙ possit liberari. Et ego sil'r dico ꝙ est incurabilis oĩno. Sed añ dislocationẽ posset cura ꝓdesse. ⁊ hoc subtiliando regimẽ: ⁊ vtẽdo desiccatiuis sicut dixi. Et inunge locum patientis cũ istis oleis subtilibus exiccatiuis: sicut cũ oleo rosaceo: ⁊ de hiasemino: ⁊ cũ succo coriandri viridis simul mixtis: ⁊ inũctione facta cũ istis: fiat puluis ex terra sigillata: ⁊ misceatur cũ succo coriandri viridis ad modũ emplastri: ⁊ pone super locum infirmum. s. vbi videris aliquã foueã paruũculam patientis.

G

H

¶ Et possent ẽt aliquãdo spõdilia nuce dislocari. ⁊ hoc ex casu vel forti percussione: ⁊ inde fiũt gibbosi. ⁊ hec est cã nota ꝙ nunquaz liberantur. Sed reperiuntur aliqui presumptuosi q conant̃ tales curare: sed potius ipsos ad mortẽ perducunt q̃z eos curare possint. Cum aũt gibbositas paruo infanti superuenerit morit̃ ex ea: eo ꝙ cũ crescit indiget multo anhelitu: ⁊ cũ nõ possit ipsum sustinere suffocatur ⁊ moritur. Si vero magno acciderit: possibile De gibbositate

I erit ꝙ viuet. Sʒ vita eius erit tristis ⁊ angustiosa. Et dis-
locaꝛ et aliqua spōdilia dorsi exterioris ⁊ anterioris cā
fortis motus: qui procedit a multa ⁊ grossa vētositate: q̄
in corpore existit ⁊ gn̄aꝛ: q̄ ꝯtinue mouetꝛ donec dislocet
dicta spondilia: ⁊ exterius expellet: ⁊ inde gibbositas ge
neratur: que noīatur gibbositas ventositatis: ⁊ hic pro
maiori pte accidit infantibus ⁊ mulieribus. Et nō est mi-
rum si ex motu grosse ventositatis dislocantur spondilia
quoniam videmus ꝙ omnia que fortiter ⁊ violēter mo-
uentur: scinduntur ⁊ laniantur. Et ex forti motu scinduntꝛ
vene: ⁊ aperiuntur: ⁊ fit inde sputuʒ sanguinis: ⁊ sequitur
inde pthysis vel ethica. Et videmus etiā aperte ꝙ vtres
scinduntur ⁊ exlaniantur ex ventositate: quia cuʒ implen
tur musto vel succo alicuius fructus nisi habeant euen-
tationem ex ventositate gn̄ata in sua ebullitione scindū-
Cura. tur ⁊ exlaniantur: ⁊ sic accidit in corpore. ❡ Et cura hu-
ius est vti regimine subtili ⁊ exiccatiuo: ⁊ euacuare corp⁹
K ⁊ fricare corpus totum siccis manibus. Et propina ei in
potu aquam decoctionis irsce: ⁊ est ireos: ⁊ capilli veñ. ⁊
seminis melonis: ⁊ seminis sparagi: ⁊ succi apy: ⁊ fenicu-
li cuʒ modico syrupi squinzabin. Medicamen ad hoc. ℞.
sem̄. melonis: ireos: capillorū veñ. radicis sparagi: ⁊ ma
sticis. an̄. auꝛ. j. scedeg. indi. squnanti. an̄. partes tres auꝛ. j.
Conquassentur oia ⁊ bulliāt in. x. ℥. aque vsqꝫ ad cōsum-
ptionem tertie partis ipsius: ⁊ pone in illa colatura. ℥. j.
syrupi squinzabin: ⁊ succi feniculi: ⁊ apy ortulani. an̄. quar
tam partē. ℥. j. ⁊ bibatur quolibet mane cuʒ auꝛ. ij. mellis
rosacei: ⁊ fac eum exercitare an̄ cibuʒ tēperate: ⁊ post ci
bum quiescere dʒ. Et iaʒ hucusqꝫ elongatus suʒ a propria
intentione: tractando de dislocatione spondilium nuce:
que fit absqꝫ pestilentia: ⁊ causa epidimiali. Nunc autem
redire intendo ad id vnde discessi. Et dico ꝙ sufficienter
sub breuitate determinaui de epidimia que fit ex corru-
ptione ⁊ putredine aeris. ſm ꝙ memorati fuerunt antiq
in libris suis. Nūc vo icipere volo determinare de epidi
mia q̄ seqtur ⁊ gn̄aꝛ ex corruptione ⁊ putredine aque.

L ❡ De cura seu preseruatione a periculo male aq̄. Cap. 4.

Cura pre- DICO ꝙ ille qui vult se conseruare a piculo ma-
seruatiua le aque vti debet qualibet die ex electuarys ⁊ cō-
fectionibus magnis: sicut est electuarium de eu-
forbio: metridatū: vl theriaca magna: ⁊ bibat q̄li
bet die vnius ex istis quartā partē aure. Et nō comedat
vsqꝫ ad meridiē. Et nō solum ista electuaria remouet no
cumentum male aque: verum etiam preseuant a nocu-
mento corruptionis aeris. Et si posueris aliquid ambre
in aquam que bibitur confert multum: ⁊ iuuat etiaʒ po-
nere aliquid aceti: ⁊ adhuc magis squinzabin. Et quidam
medici memorati fuerūt ꝙ comedere allea vel cepe: re-
mouet nocumentū male aque. Sed ego abhorreo curā
talem: qm̄ hn̄t humores calidos ⁊ acutos gn̄are: ⁊ augēt
M putredinem. Quare mihi videtur ꝙ assuescere mala gra
nata muza: sit maioris iuuamēti: ⁊ etiaʒ recipere pluries
de coriandro sicco vel viridi: habʒ remouere nocumen-
ta que veniunt ex epidimia male aque. Sʒ lac ⁊ pisces:
⁊ oīa dulcia comedere in tali tpe vel loco multū hn̄t pu
tredinē ⁊ corruptionē augmētare. Et mihi videtꝛ qd̄ fre
quentare agrestaʒ ⁊ succum limuncellorum: ⁊ acetosita-
tem citri: ⁊ semina eorum: ⁊ cortices: cōseruāt a nocumē-
to male aque: ⁊ credo silr ꝙ crura feniculi: ⁊ semina eius
⁊ panicald que est species iringorū: ⁊ arbustes ⁊ sunt fru-
ctus rotundi rubei: qui dicuntur cumani: ⁊ sticados: oia
ista conferunt multū in tali casu. ❡ Et si patiens quē vis
Cura acci curare sit ex illis q iaʒ biberint ex aqua mala putrida vl
dentium. corrupta: ⁊ inde inuasit euʒ febris acuta: vel scabies: aut
aliqua spēs malorum apatum: stude velociter in faciēdo
euacuationem vniuersaleʒ totius corporis: ⁊ hoc cū flo
botomia: ⁊ etiaʒ cum medicamine laxatiuo facto cū ster
core colūbi supra nominato. Et nō credas ꝙ stercus co-
lumbi positum sit a casu vel fortuna in predicto medica-
mine: sed fuit ibi positū cū electione ⁊ preuisiōe magna:
eo ꝙ predictum stercus habet purgare ⁊ expellere pu-
tredinem ⁊ corruptionem aeris: ⁊ aque prenoiate fetide
⁊ corrupte: ⁊ inquantum est stercus assimulatur illi putre
dini: ⁊ pro tanto potest illam putredineʒ magis trahere:
expellere: ⁊ purgare. ❡ Or si aliquod apostema appue-
rit: stude in curatione ei⁹ sicut cōuenit: ⁊ studeas in recti- Cura apostemat
ficatione aeris: ſm ꝙ cura epidimie exigit ⁊ requirit. ꝙ si
assuescat eger regimen qd̄ predixi: elongando se ab omni
specie carnis: ⁊ abstineat se ab omnibus rebus humidis
⁊ calidis: sic agendo ꝓsperabitur Deo dante. Et omnib⁹
modis consideranda est etas: cōplexio: virtus: ⁊ consue-
tudo: ⁊ regio in talibus: ex eo ꝙ infans paucorū annorū:
⁊ decrepitus non poterit sustinere ea que iuuenis susti- O
neret. Neque qui fuerit delicatus ⁊ ociosus ⁊ timidus ꝑ
naturam poterit sustinere ea que paterentur rustici sic-
ci ⁊ nigri ⁊ laboriosi. Et putant aliq ꝙ qui assueti sunt geti
⁊ ocio: indigeant maiori desiccatione rusticis ⁊ laborio-
sis. Sed intētio nostra non est talis: sed est vt reducamus
vnūquēqꝫ ad suam nālem cōplexionē: ⁊ complexio ⁊ na-
tura illorum qui sunt in ocio ⁊ quiete: magis est humida
⁊ mollis q̄ʒ sit illa rusticorū ⁊ portatorū. Et hec res est ge
neralis: ⁊ notāda: ⁊ preuidēda in oibus curis. ❡ Et fit et De fa... ex fam...
epidimia ⁊ pestilētia ex nimia penuria ⁊ fame. Quare ho
mines coguntur comedere grana ⁊ legumina mala: ⁊ il-
la malitia potest esse ex seipsis: aut ex nimia antiquitate
⁊ vetustate: aut q̄ comedunt ex spēbus malarū carniuʒ:
⁊ illa malitia pōt esse vel qa ipse carnes male sunt ꝑ se: ⁊
sui nā: ⁊ cōplone: vel q̄ sūt salse multū: aut q̄ ex dicta ne-
cessitate steterunt in aceto tēpore longo: quia populus
indiget talib⁹: ⁊ conaꝛ talia comedere in tali casu. ❡ Et Histori...
ego vidi quādo eram in carceribus Hali fily Joseph: ho
mines qui comedebant olera que inueniebant ꝑ terraʒ. P
⁊ etiam comedebāt ex spēbus anabule ꝓpter famis ne-
cessitatē: q̄re q̄tidie moriebanꝛ. x. vel. xij. aut plures. Et
postq̄ʒ euasi cuʒ adiutorio Dei ex illis vinculis ⁊ redy in
Hispaniā: vidi hoies qui comedebāt orobuʒ q̄bus dolor
stomachi sequebaꝛ. Et alios vidi qui comedebāt qd̄dam
qd̄ in arabico nominatur atthala ⁊ radices de luf. ⁊ morie
banꝛ. Et vidi silr i quadā ciuitate que noiatur mazarus:
hoies qui propter intensam famem querebant: ⁊ frange
bant ossa antiqua ⁊ vetusta cadauerū: ⁊ comedebant me-
dullas ipsorū: ⁊ moriebantur subito. ❡ Et cum tales cibi
possint eē diuersi ⁊ plures nūero: ideo diuersimode diui
dunꝛ: ſm diuersitatē ⁊ variationē ipsorum: ⁊ ſm illam di
uersitatē diuerse fiūt egritudines: ⁊ generanꝛ: ⁊ nō solū ſʒ
diuersitatem dictorū ciborum: verū etiaʒ ſm naturam lo
corum: ⁊ ſm cōplexionem ⁊ naturaʒ recipientis. Quare
tot ⁊ tante possunt esse variatiōes: quot impossibile eēt
eas scribi in libro. ❡ Tamen dico ꝙ theriaca magna ⁊ Q
metridatum: ⁊ electuariū de euforbio: generalr omnia
ista cōferunt valde in oibus predictis: ⁊ suis silibus: dū-
modo abstineat se a comestione malorū ciborū ⁊ potuuʒ.
Illuʒ vero qui comederit cibaria mala rege cū cibis bo
nis ⁊ laudabilibus: sicut est panis bene fermētat⁹: ⁊ bro
diū galline optime: vel caro edi lactātis: qm̄ istd̄ regimē
facit euadere a periculo ꝓueniēte ex regimie mali ⁊ cor
rupti cibi. Si aūt virtus fortis extiterit: ⁊ corp⁹ fuerit re-
pletuʒ ex humoribus horribilibus ⁊ corruptis gneratis
ab aliquibus dictorū ciborum. stude in purgando euʒ ab
illis humoribus. Et iaʒ superius tibi noiaui diuersitatem
medicinarū laxatiuarū: cum quibus extrahunꝛ ⁊ eūantur
omnes spēs. diuersitatis humorū: vnde ad ipsas recurrere

cōsiderādo

noto q nemo potest evadere si vixerit ex ppiboemo ... qr aliquis e generatus ex spermata matris et patris et ex sangui na qui dicendit ad vulvam

A considerando virtutẽ z alias cõditiones supradictas. Et si videt tibi conuenire dare ei bezeharth: sicut sunt barbusse. i. cumani: z smaraldus: vel electuaria supradicta: dabis cũ ꝓuidentia magna z studio: sʒ ꝙ tibi videbit cõ uenire. ¶ Cognoscendo ꝙ butyrũ qd posui in medicami ne laxatiuo suprascripto nõ est absqʒ preuidẽtia magna: eo qd butyrũ hʒ aliquid fetoris z horribilitatis: z inde ꝓprietatem hʒ ad similitudineʒ trahendi horribilitateʒ z pu tredinẽ humoris predicti. ¶ Hucusqʒ rememoratus sum gñaliter species epidimiarũ: z earũ curationes: sm ꝙ ꝓposui determinare. Et nõ remanet amplius determinare de aliqua alia spẽ: nisi d illa de q̃ aliquis si vixerit mini me euadere poterit: nisi miraculose z voluntate diuina: eo ꝙ hõ sm Gal. generat⁹ est ex spermate pr̃is z m̃ris: voluntate Dei. Et nutrimẽtũ embriõis est ex sanguine q descendit ad vuluã. Et qa ipse Gal. noiauit dictũ sanguineʒ: sanguinẽ mẽstrualẽ: putauerũt aliq sapientes ꝙ nutriat embrio a sanguine menstruali: sʒ nõ est ita. Tñ Gal. sequitur vestigiũ: z consuetudinẽ grecoꝝ: qui vocant oẽm sanguinẽ descendẽtẽ ad vuluam mẽstrualẽ: queadmodum ipsi noiant oẽ apa quod accidit gutturi siue sit ex sanguine: vel ex cholera: aut ex flegmate: seu melia: squinãtiã. Et qdlibet apostema qd oritur in pectore: siue sit in pãniculo: seu in pulmone: vel sub costis noiant pleuresim: z de quolibet tumore q fit in pedibus cum dolore: assueti sunt vocare anacras. s. podagram: ita oẽm sanguineʒ venientẽ ad vuluã dicũt esse sanguinem mẽstrualem. Sciẽdo ꝑ certo ꝙ si embrio ex tali sanguine menstruali nutriret sicut est ille qui expellit z purgatur a mulieribus: nõ viueret vllo mõ. Immo nutrit embrio ex sanguine valde laudabili. Sed qz sanguis qui nãliter dr̃ z est mẽstrualis: positus est z situs in corpore ipsius matricis: ideo embrio ab illo ĩficitur: z accidit ei tinea: que tinea vulgariter a latinis dr̃ sagro: in facie z capite: z destruit appetitus eius: z corrũpitur: z fit in eo appetitus comedendi lutum: vel carbones z similia. Et ille embrio q recipit hãc infectionẽ rectificat eã inquantũ põt: z id qd nõ põt rectificari remanet in corpore: z moratur ibi. Demũ nã ipsius ꝑ tp̃s simil' extra eycit z expellit. Mulieres võ post partũ si nõ bñ fuerint purificate: z euacuate ab isto sanguine mẽstruali: m̃lte spẽs egritudinũ eis possunt superuenire sm ꝑparationem z nãʒ vniuscuiusqʒ: ex qb⁹ deficere possunt: z deficiunt alique: z aliq̃ liberant volũtate Dei. Embrio aũt ꝑ certo dico ꝙ nutrit ex bono sanguine puro z laudabili. Sed qa ꝑ certo dictus sanguis menstruus in m̃rice infunditur: z in corpore ipsius imbibitur sicut vasa a liquoribus impositis imbibuntur eis z resudãdo exterius humectant. Et q̃uis vasa inuitreata longinqua sint ab infusione z ĩbibitione liquoroꝝ: tñ videmus ꝙ ex lõgitudine tp̃is recipiũt ĩfectionẽ z imbibitioneʒ a fermẽto: postq̃ ibi factũ fuerit z cõtinuatũ tp̃e lõgo: ita ꝙ post multã ablutionẽ si posueris ibi pastã azimã fermentabitur absqʒ fermento aliquo: qd nõ fiet in vase nouo: z hoc scemate cõmiscetur aliquid modicũ ex dicto sanguine in embriõe: sʒ fortitudie matricis: z ex alio multo z bono nutrimẽto qd recepit: nõ leditur dũ ꝑmanet in m̃rice. Post exitũ aũt ipsius ab vtero nutrit infans z coadunat calor nãlis in eo z augmẽtat: z cõfortat nã: z conat digerere z subtiliare ꝑdictũ humoreʒ malũ z nociuũ: z ip̃m exteri⁹ expellere: z hoc fit cũ labore forti: z angustia magna: z febre valida: atqʒ graui. Sed ex substantia predictoꝝ grossorum humorum fiũt variole z morbilli que exeunt cum febre valida impetuosa z maligna: quoniaʒ vides ꝙ illi qui extrahunt butyrũ a lacte: nõ faciunt illud nisi cũ labore magno atqʒ forti valde: z motu laborioso atqʒ graui. Quare credendũ est ꝙ in motu z expulsione variola-

Cura ... / Remo...

B

Embrio ñ nutrit' sanguine mẽstruo.

C

D

Uasa vitrea recipiũt ipressionẽ lʒ nõ ibibantur.

mulia

E rum z morbilli illud ideʒ accidere debeat. Et iã in precedenti eorũ curam rememoratus sum pro posse. Et cã q̃re de his hic feci mẽtionẽ fuit qz pauci euadũt ab eis. Et qz semp euenire cõsueuerũt tp̃e epidimie facte ex corruptione aeris: vel cã aque putride vel corrupte: vel ex cibis malis z corruptis sumptis z comestis. Et ẽt ad remouendũ hoies a mala opinione: qz credebant q̃plures ꝙ embrio nutriretur in vtero matris a sanguie mẽstruo: quod falsum est: sicut determinaui: z qz curã de eis superius ordinaui: ideo hic scribere ꝑtermitto: nihilominus monitionem facio his in hoc loco. vʒ. ꝙ abstineat oĩno a rebus dulcibus z salsis: z bibãt aquã frigidaʒ z purã: aut aquã ordei: z elõgent ab oĩ laxatiuo penitus: donec egritudo fuerit in declinatione: z declinata multũ: q̃uis aliq medici hoc facere assuescãt. ¶ Si aũt post alleuiatione z declinationẽ egritudinis reliquie alique remanere videantur in variolis vel morbillis: non erit maluʒ ipsas eũare cum medicinis lenitiuis hñtibus ꝓprietatem remouendi acuitateʒ materiei: sicut sunt tamarindi dissoluti in aqua: qz ipsas reliquias hñt expellere z remouere. tamẽ ꝑ maiori parte non indiges laborare cum istis. Et qz iam compleui quod determinare intendo in hoc loco: desisto in quiete confidens in Dominum.

noto quod ... nasc... fuit tempore pestilentie

Nõ est dãduʒ laxatiuũ añ dclinationem. Idẽ sũp li. 2° tra. 7° c.3.

F

